

de quibus id pronuncio non magis eos sapere posse; quam bene olere qui in culina habitant.

Ad TE me potius conuerto Tuamque supplex compello Generositatem,

ILLVSTRISSIME COMES,
HEROS FORTISSIME,

atque obsecro, ut i inter vi^{ct}rices laurus hanc tibi si-
nas circum tempora serpere hederam. Ostendisti
nuper admodum quam non essem alieno ab opuscu-
lis meis Chymicis animo, quæ iam ab aliquot annis
non exiguis meis sumptibus in lucem dedi: Ostendisti
insuper variis documentis, non vulgarem TE
huius artis habere notitiam, quam tantisper amas
ac amplecteris, donec à peritis, probis, exercitatis,
fanis minimeque *cacochymia* laborantibus tracta-
tur. Amplectere igitur

DOMINE GRATIOSE

& hunc libellum meum, quæ deuoto pectore ac ma-
nu supplici, Tibi, Tanto Heroi, summa cum animi
submissione offero, dono, dedico, meque vna cum
illo, quem in numerum seruorum tuorum si adscri-
peris,